

Nga. 10.

124

ישועה חנאי איש שמו ים :

DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE
VIRO CUJUS NO-
MEN EST GERMEN,
Ex Zach. VI. 12.
Quam,

FAVENTE DIVINA GRATIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO atq; EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSIAE ET ELECTORATUS BRAN-
DENBURGICI HÆREDE, &c. &c. &c.
VENERANDÆ ET AMPLISSIMÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ
CONSENSU,
IN ACADEMIA ALBERTINA
publicæ Disquisitioni submittunt,

CHRISTIANUS Walther/
S. Theol. D. Prof. Secund. & Ecclesiæ Sackheim. Pastor,
& RESPONDENS

FRIDERICUS BÖLZI
Regiom. Pruss.
IN AUDITORIO MAJORI,
ad D. Sept. Anno MDCC XI.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.

FLORENTISSIMÆ REIPUBLICÆ KNIP-
HOFIANÆ
CONSILIARIIS GRAVISSIMIS,
VIRIS

Præ-Nobiliſimis, Ampliſimis & Consultiſimis,
DN. CHRISTOPHORO AEGIDIO Negelein / Consuli
Vigilantissimo,

DN. JOHANNI Thamm / Pro-Consuli Meritissimo.
DN. FRIDERICO Hoffmann /
DN. CHRISHOPHORO Leſſler /
DN. CHRISTOPHORO Krüger /
DN. VALENTINO Polkein /
DN. BERNHARDO Albrecht /
DN. HENRICO Paschke /
DN. JOHANNI HENRICO Reuſner /
DN. HENRICO Hahn /

Ut &
DN. MELCHIORI Lübeck / Secretario optimè merito.

*Musarum Patronis atque Promotoribus
Studiorum,*

Hanc dissertationem Theologicam cum voto omnigenæ
prosperitatis offert ac dedicat,

RESPONDENS.

NAticinium quod præ manibus habemus Zach VI.
12. ita sonat: הנה איש צמח שמו ומותתו יצמץ
הנה איש צמח שמו ומותתו יצמץ ecce, Vir Germen nomen,
eius est, & sub illo germinabit, & edificabit templum
Domini. Judæi recentiores hæc de Zorobabele
interpretantur, quem germen vocari dicunt, quod ejus di-
gnitas germinis instar succrescens, paulatim ad summum
gradum pervenerit. ר' ad h. l. צמח שמו הוא זורובבל
האמור למלחה הנני מכיא את עבריו צמח ועל שם שצמיחה
germen nomen eius est; is est Zorobabel, de
quo supra dixerat: ecce ego adducam seruum meum germen,
cap. III. 8. quia excellentia ejus paulatim germinavit. Et ad
Cap. III. 8. כי עתה זורובבל פרחה והוא קטן בחשר המלך
אני מצמיח לו גורלה ושם נתנו לו כינוי המלך למלאות
nunc quidem Zorobabel princeps
Juda parvus est in atrio regis, ego vero germinare faciam ipsi ma-
gificentiam; & ibi dedi ipsi ut gratiam in oculis regis inveni-
ret, ad implendum propositum ejus de reædificando templo, &
urbe. ad Cap. VI. Zach. ר' ק
הנה איש צמח שמו קלומר שורש
הנה איש עץ שיזהר בראש ישראל והוא זורובבל ויקרא
צמח כי מעלו תחיה כמו צמח דארמה ושיגרל מעת מעת
עד שהצול פאר כמו שהתגנבה עליו חני ביום והוא נאסר
ה צבאות אקזר זורובבל וג' q.d. ecce vir tecum, qui erit caput Israel, & is est Zorobabel, qui
germen vocatur, quia dignitas ejus erit sicut germen terræ, quod

² paulatim crescit, donec valde crescat, quemadmodum de eo vari-
cinatus est Haggai, in die illo, dicit Dominus exercituum, sumam
te Zorobabelem, &c. Cap. II. 23. Et ad Cap. III. 8.

פירוש בו זה זורבבל וטעם מביא וכבר בא ר' לזרוביל עיר
מעלו וצמח גרוולו כצמץ האומץ שחולך גורל:

hoc de Zorobabele intelligendum; quod verò dicit, adducam, cum
jam pridem venerit, id sit, ut dignitatem ejus magis extollat, in-
dicetque magnificentiam ejus germinaturam in stirps germinis ter-
rae, quod paulatim crescit. R. Ab. Esra ad Cap. VI. 12. Zach.
הוא זורבבל *cuius nomen est Germen, is est Zorobabel.*
Et ad Cap. III. 8: *אֲמַת שְׁמוֹ:* Et ad Cap. III. 8: *בְּאֵשֶׁת יָמֶר אֲמַת שְׁמוֹ:* hic est Zorobabel, prout dicitur, *germen nomen ejus.* Judæo-
rum sententiam ambabus amplectitur manibus Hugo Grotius, in notis ad Cap. VI. & III. Zachariæ, Esaiæ Caput IV. 2.
Jerem. Cap. XXII. 5. & Cap. XXXIII. 1. Ante Grotium
idem ex Patribus quidam defendere, ut Theodoreetus ad Cap.
VI. & III. Zach. tomo II. Oper. & Cyrillus Alexand. ad Cap.
VI. Zach. tomo III. Oper. fol. m. 704. 705. qui per germen
in sensu mystico Christum intelligit, primariò autem & prin-
cipaliter de Zorobabele verba Prophetæ interpretatur.

§. II.

Verum, si dicendum quod res est, rationem stringen-
tem videmus nullam, quæ Zorobabelem germen esse pro-
missum svadeat. Provocat quidem Hugo Grotius ad El. IV.
2. Jerem. XXIII. 5 & XXXIII. 15. sed petit ὡς εἰς τὸν οὐρανόν, cum
hæc loca non de Zorobabele, qui nusquam in scripturis ger-
men vocatur, sed de solo Christo intelligenda veniant. Con-
textum attente si considereremus, talia germini huic, tum hic,
tum

3

tum Cap. III. 8. qui locus nostro parallelus est, tribuuntur
prædicata, quæ de Zorobabèle verè dici non possunt. Pro-
mittitur v. 12. germen, sub quō & ex quō germinatura erat
multitudo fidelium N. T. Promittitur eodem ver-
su & 13. germen, quod templum DEi spirituale Ecclesiam
N. T. præfiguratam per templum tempore Zorobabelis ex-
strudum, ereturum erat. Promittitur eodem versu ger-
men quod gloriâ & honore à DEo coronandum erat, thronumque
regium & sacerdotalem simul occupaturum ; is,
inquit Prophetæ, geret gloriam, sedebit & regnabit super throno
suo, critque Sacerdos super throno suo. Promittitur v. 15. ger-
men sub quo longinqui venturi erant, templumque Domini
ædificaturi. Cap. III. 8. dicit Dominus, se adducturum
servum suum toties promissum, ardenterissimisque votis &
suspiciis à credentibus V. T. tot mille annis expetitum : nam,
ecce, ait, ego sum adducens servum meum, Germen. Hæc tan-
ti sunt ponderis ut Zorobabeli applicari nullatenus queant.
Non enim erat Germen, sub quō & ex quō, querius justitiae,
& plantæ Domini, Ef. LXI. 3. progerminarunt ; quod tem-
plum DEi spirituale Ecclesia n. T. ædificavit ; quod no-
vâ gloriâ & honore à DEo afferum, Rex & sacerdos Judæ-
orum ex captivitate babylonicâ liberatorum extitit. Ma-
jori enim splendore quam quō antea in populo DEi erat con-
spicuus, post hanc Prophetiam Zorobabelem à DEo fuisse
maestatum, scripturæ sacræ tacent, quod sine dubio non
prætermisissent, si tale quid ipsi, à DEo promissum, evenis-
set. Sub quō populi ex longinquo venientes templum Do-
mini ædificavere ; neque servus Domini toties promissus,
flagrantissimisque precibus à sanctis V. T. desideratus erat.

A 2

Imò

Imò quomodo à DEo adduci poterat, cum jam pridem
ante hanc prophetiam ex Babylonia adductus esset?

S. III.

Abarbanel sententia רְקַבְּרָשׁ & Ab. Fræ, Zorobabel
1em esse germen Cap. III. 8. Zach. promisum, sequentia op-
ponit fundamenta, in Comment. ad Cap. III. & VI. Zachariæ
fol. m. 183, col. 3. & pag. 186, col. 3. I. Quia DEus Zoroba-
belem ante hoc vaticinum: Ecce ego adducam servum me-
um Germanum, ex Babylonia, ubi princeps & caput populi fu-
erat, jam adduxerat, isque templum Domini ædificare ce-
perat: הנה זורבל כבר בא מכבול וזה שם ראש ונשא
עליהם נכביר וזהול בכנין בית יהוה: 2. Quia DEus sim-
pliciter dicit, se adductum Zorobabel; (hic ex mente
eorum loquitur, qui pro Zorobabele pugnant) non vero
quod adducendus sit ad regnandum & magnificandum, ut
ומה העדות אשר עשו ליהושע ולרשו & alii volunt:
אנשי מופת שיביא זורבל כי הוא לא אמר שיגרלו ולא
3. Shimlychho כא שיביאהו וכבר היה שם: Quia in scri-
pturis non exprimitur, post hanc prophetiam, Zorobabelis
magnificentiam in tantum crevisse, ut Rex & Dominus po-
puli Judaici salutatus fuerit: ומה שאמרו המפרשים שיתצמץ
ותגמל מעליו לא מכר בכתב גם לא היה כן כי הנני
אחריו ואת הנכואה לא קנה זורבל לא מלכות ולא ממשלה
4. Quia verba Prophetæ, ומעלה יותר ממה שזיהה ל-
geret gloriam, sedebit & regnabit super throno suo, in Zoroba-
bele non sunt impleta; cum redux ex Babylone Hierosolymis ut Rex super throno regio non federit, & regnaverit,
sed mox structurâ templi ad finem perduxit, Babylonom.

xx-

5

זָהָרְנוּ אֲשֶׁר־ אֵיךְ reversus , ibique mortuus fuerit :
יִפְרַשׁ עַל זָוְכָבֵל וְהִיא חֹר וַיֵּשֶׁב וּמֶלֶךְ עַל כְּסָאוֹ כִּי לֹא
מִשְׁל בָּרוֹשָׁלָם וְלֹא יֵשֶׁב עַל כְּסָא הַמֶּלֶכִת וְלֹכֶר הַתְּעֵסָק
כִּי זָוְכָבֵל לֹא מֶלֶךְ בָּרוֹשָׁלָם וְלֹא שָׁמוּ עַטְרוֹה בַּרְאָשׁוֹ
כִּי הוּא שָׁב לְבָבֵל וְשָׁבֵת מִתְּגָלוֹת וְלֹלוֹי קָנָ לֹא חִוָּה
מִקְרָר הַכּוֹתֵב מַלְזָכוֹרָיו : Idem repetit in præfat. in Prophet.
Haggai, quæstione sexta, fol. m. 277. col. 2, ante medium:
זָוְכָבֵל לֹא נִשְׁאָר בָּרוֹשָׁלָם וְלֹא מֶלֶךְ בְּתוֹכָה לֹא הוּא וְלֹא
אָרֶם מַרְשָׁע כִּי חָנָה מִדְ אֶחָר שְׁבָנָה חַבֵּית שָׁב לְבָבֵל וְשָׁמְ
מִתְּכַתְּבֵבָל Zorobabelem Babylonem rediisse, ibique diem suum obiisse, alii quoque ex Judæis te-
stantur. Autor Zemach David , parte i. Millen. 4to. anno
413. fol. m. 17. Col. 2. זָוְכָבֵל חֹר לְבָבֵל וְמִתְּשָׁבֵת Seder Olam Sutha , sed series mundi minor , fol. m. 108

זָוְכָבֵל לְבָבֵל וְמִתְּשָׁבֵת :

§. IV.

Hæc quamvis benè se habeant, in eo tamen Abarba-
nel decipitur & decipit alios, quod verba Zachariæ , ecce vir-
germen nomen ejus , de Zorobabele interpretetur , in Com-
ment ad h. l. fol. m. 286. Col. 3. & 4. cum tamen per Ger-
men Cap. III.8. Messiam intellexerit . Mens ejus hæc est ,
sequentia : ecce vir gerumen nomen ejus , & adificabit templum
Domini , de Zorobabele accipienda , quem gerumen agri im-
perfecit , quod ad maturitatem non pervenit , cum regia
dignitate , quam antecessores ejus ex stirpe & prosapia Davi-
dis prognati , per successionem continuaam possederant , ca-

ruerit , dici putat . Huic ædificationem templi adseribit , quia v. 12. dicitur : & ædificabit templum Domini , & redux ex Babylonia ad mandatum DEi , templum secundum ædificare cepit , Haggai I. 14. Illa autem , & sub ipso germinabit , vel ut ea interpretatur , & loco illius germinabit ; & ille ædificabit templum Domini , & is geret gloriam , sedebitque & regnabit super throno suo , de⁹ Messia interpretatur , quem tertium & ultimum templum erectorum , Regemque totius populi iudaici futurum credit . Hæc denique Prophetæ : & longinqui venient , & ædificabunt templum Domini , de dispersis per universum terrarum orbem Judæis , tempore Messiae ex quatuor angulis mundi , in patriam , ad ultimum templum Hierosolymis erigendum , colligendis , intelligit . Nos hâc vice tantum pauca ex prolixo ejus discursu excerptemus , & hæc sunt :

וּבוּכָל חַזֵּה אִישׁ צָמֵח שְׁמוֹ רְלֵי שָׁאוֹן עֲרֵין בְּשָׁלוֹמָה
אמורתו כי עתה הוֹסֵא כצמת הרשה בחזרלה עני וטל
נשלם בשולו ומורגו לְקַבֵּל העטרה אכל מתחתיו יצמת
אחר וווכבל זה יבנה עתה את הַיכָּל הַחֶשֶׁן שָׁהוּ אָז
בוניס רְלֵי שִׁישְׁלִים הוּא בְּנֵינוֹ וְעַל זָבוּכָל אָמֵר וּבְנֵה את
הַיכָּל הַזֶּה וְכֵן אָמֵר שָׁאוֹתוֹ שְׁמַתְּחִתָּיו יִצְמַח לְעֵדוֹת הָאָז יִבְנֵה
את הַיכָּל הַזֶּה וְלֹא אָמֵר זוֹ עַל בֵּית שְׁנוּ כי אָמֵן על חֲכִית
הַאַחֲרִון הַעֲזִיר וְהָוָא יְשָׁא הַרְוֵר רְלֵי אוֹתוֹ שְׁוּבָנָה אֶת הַיכָּל
הַשֵּׁם שִׁיצַמֵּח מִתְּחִת זָבוּכָל הוּא יְשָׁא הַרְוֵר הַמְּלָכוֹת
לְזָא זָבוּכָל וְחוֹזֵה יִשְׁבֵּט וּמְשַׁלֵּחַ עַל כָּסָא כָּסָא
מְלָכוֹת לֹא זָבוּכָל שְׁלָא וְחוֹזֵה מֶלֶךְ וְלֹא יוֹשֵׁב עַל כָּסָא
הַמְּלָכוֹת --
לְעֵדוֹת לְבָנָה לֹא קְנָאת וְלֹא תְּחֻרְות תְּרֵי לֹקֶן מְבוֹאֶר שָׁאוֹמוֹ
הַנְּהָא אִישׁ צָמֵח שְׁמוֹ וּבְנֵה את הַיכָּל הַזֶּה וּזָבוּכָל אָמֵן
אמַנָּה

אָנָּבָס אָמָרָו עֹד וְמִתְחַזֵּנוּ יָצָא וְהָזֶה יַבְנֵה אֶת דָּמֶל
חַ וְנוּ וְכֹל הַפְּסָקָה הַרוֹא לְעַתָּה לְבוֹיתָה נָאָמָר בְּלִי סְפָקָה
שְׁבָאָחָרָיו הַגָּלוֹת יָקוּמוּ שְׁנִיהָתָה הַמּוֹעֲטָרוֹת מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ
שְׁעַתָּה וְהַבְּ יְהֹוָה בְּרָאָשוּ וְהַכְּתָן הַגָּרוֹל בְּעַתָּה כְּסֶף :

§. V.

Sed facilis ad hæc omnia est responsio. Initio certum est, Prophetam tūm hic, tūm Cap. III. 8. de unō eōdemque subiecto, quod utrobique Germen appellat, loqui ; & in eō, nisi fallor, omnes conveniunt Interpretes ; qui enim per germen Cap. III. 8. Zorobabelem, vel Messiam intelligunt, illi quoque Cap. VI. 12. germen de Zorobabele, vel Messia interpretantur. Contrarium quidem Abarbanel defendit, veruntamen solidum assertionis suæ non attulit fundamentum. Cūm igitur secundūm ejus mentem, Germen Cap. II. 8. Messias sit, de eo itidem & nullō alio accipienda verba Prophetæ : *est vir cuius nomen est germen*, & de eo totus contextus, continuo & non interrupto nexu, hunc in modum loquitur : *ecce, vir, germen nomen ejus est, & sub illo germinabit, & adificabit templum Domini*. Et ille adificabit templum Domini, & ille geret gloriam, sedebitque & regnabit super throno suo, eritque sacerdos super throno suo. Vanus proinde est Abarbanel, hæc : *ecce, vir, germen nomen ejus est, & adificabit templum Domini, ad Zorobabelem*; illa vero, *sub illo germinabit, & ille adificabit templum Domini, & ille geret gloriam, sedebitque & regnabit super throno suo*, ad Messiam referens. Quilibet enim, sanā ratione prædictus, videt, ea quæ in textu sunt conjuncta, sine ulīa necessitate dividi, ac vim illi inferri. Et cui, quæsò, firmiter persuadebit, Prophetam hisce in verbis ; & sub illo germi-

germinabit, inter mediis inter hæc: ecce vir germen nomen
æjus est, & ædificabit templum Domini, de alio quām pri-
ori subiecto loqui; nihil enim obstat, quò minus & hæc,
de uno eodemque accipiantur subiecto; imò accipi debent,
nuspia in scriptura insolitæ hujus interpretationis exemplō
existente. Viderunt hoc Interpretes, qui in eo omnes
consentunt, Prophetam in contextu, de uno vaticinari sub-
iecto. Et si Zorobabel est germen, quod templum Domi-
ni ædificavit, cur is solus, de uno enim & non de pluribus
Propheta hic loquitur, hōc nomine gaudet, aliis curā &
ardore non minori, cum eō circa ædificium templi occupa-
tis, prout Haggai Cap. I. 14. refert: excitavit, ait, Dominus,
spiritum Zorobabelis, filii Schealthielis, Duciis Jehuda, & spiritum
Jehoschue, filii Jehozadaki, Sacerdotis magni, & spiritum
omnium reliquiarum populi, veneruntque & fecerunt opus in
domo Domini exercituum, DEi sui. Hōc modō cæteri omnes,
quorum mentionem modō Propheta fecit, germina, utpo-
te sub quibus templum germinavit, dicendi forent. Telō hoc
pugnat Abarbanel contra R. Ab. Esra ad Cap. VI. 12. Zach. fol.
m. 286. Col. III. in medio. scribens:

וְאָמַרְתָּ אֶל־מֹרֶן שׁוֹרֵךְ חֹנוֹ וּוֹעֲרֵה אֶת רֹוחׁ זָוְכָּבָל וּוּ וְיִכְאַו וְיַעֲשֵׂה מֶלֶךְ
בֵּיתְךָ הַנְּהָה גַם כִּי כְּתוּב שְׁם וְאֶת רֹוחׁ וְיַחֲשֵׂעַ בְּנֵי וְחַזְקָקָ
הַכָּחֵן הַגָּדוֹל וְאֶת רֹוחׁ כָּל שָׁאוֹרִת הָעָם וְיִקְרָא אַתָּה כִּי כְּלָם
צְמַרְתָּ:

§. VI.

Nec est quod Abarbanel excipiat, duo distincta à
Propheta induci subiecta, quia bis dicit: ædificabit templum
Domini; Zorobabelem quidem hisce verbis: ecce, vir
cujus nomen est germen, & ædificabit templum Domini;
Mes-

Messiam verò illis : sub eō germinabit , & ille templum
Domini ædificabit . Nec responderi posse censet, hēc mo-
dō loquendi , Emphasin indicari , sic enim non bis ,
sed ter , imò quater , propter majorem Emphasin ,
dicendum ipsi fuisse , templum Domini ædificabit .
וזור אשאַל אָם עַל זְרוּבָּבֵל הוּא הַרְבִּים לְמֹה אָמַר וּבְנָהָ
את חִיכָּל הַ וְהָוָא וּבְנָהָא את הִיכָּל הַ וְהָוָא כֶּפֶל מִכְאָר
לֹא עֲנָן כִּי אָסְט לְמֹר לְחֹק הַעֲנָן וּתְרוּ הַוְהָא רָאוּ לְאָמוֹר
זֶה עֲנָן כִּי אָסְט כִּי גַּאֲוָה רְפָעִים לְחֹזֶק וּתְרוֹ: Sed quæ ista conse-
quentia ? Propheta bis dicit : templum Domini ædificabit ,
Ergo duo distincta subiecta , Zorobabelim & Messiam de-
signat . Hunc namque scripturam servare morem , ut ma-
joris emphaseos causâ , sepe eadem repeatat verba , nemini
eam attentè legenti , obscurum esse potest , ut Zach . III . 2 .
increpet te Dominus O Satan, increpet, inquam, te Dominus. Es.
XL . 1 . *Consolamini, consolamini, inquam, populum meum.*
Ps . CXVIII . 15, 16 . *Dextra Domini fecit fortitudinem, dextra,*
inquam , *Domini fecit fortitudinem.* Ezech . XXXIII . 11 . *Con-*
vertimini, convertimini, inquam, à viis vestris malis. Jerem .
VII . 4 . *Templum Domini, templum Domini, templum Domini.*
Et Cap . XXII . 29 . *O terra, terra, terra, audi verbum Domi-*
ni . Ad ultimum locum רְקִדְתָּא ita scribit : *לְחֹק*
דענן כי כִּי כְּנָהָג הַלְשׁוֹן פָּעֵם בְּשַׁתִּי מְלוֹתָה פָּעֵם בְּשַׁלְשָׁ
&c. &c. sensus duplicatur emphaseos causâ , hic enim est mos scri-
pturæ sacrae , ut idem aliquando bis , aliquando ter dicat . Ex-
empla utriusque modi mox subjicit . More proinde loquendi
cæteris prophetis consuetô noster quoque utitur Prophetæ ,
in repetendis hisce verbis : templum Domini ædificabit ;
quæ concinnum hunc fundunt sensum , templum Domini
ædificabit , templum , inquam , Domini suo tempore hoc

germen, certò certius ædificabit. Ter quoque vel quater, si voluisset, verba ista proferre potuisset, cum talia in scriptura occurrant exempla.

§. VII.

Messiam templum tertium & ultimum cum Judæis ex universo orbe Hierosolymam congregatis erectorum, somnum est judaicum, Prophetis V. T. incognitum. Daniel perpetuam & omnimodam desolationem, tūm templi, tūm urbis, faciendam à Tito Vespasiano his prædixit verbis :

וְעַד כֹּלֶת וְנִהְרָצָה תֵּחֶךְ עַל שׁוֹמֵן :
 & usque ad consummationem, & decifum, i. e. consummationem decisam, shallabit super devastationem, ira DEi, Cap. IX. 27. Vulgatus Interpres: & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio. LXX. & usque ad consummationem temporis, consummatio dabitur super desolationem. Vaticinium hoc impletum esse, vel exinde patet, quia Judæi ad modernum diem, templum, licet omnibus viribus, sæpe à potentioribus etiam adjuti & iniciati, id tentarint, restaurare non valuerunt. Tempore Juliani Apostatae à structura illius divinitus cohibitos fuisse, Sozomenus lib. V. H. E. Cap. XXII. fol. m. 631. Theodore-tus Lib. III. H. E. Cap. XX. fol. m. 142. Socrates Lib. III. H. E. Cap. XX. fol. m. 193. Philostorg. L. VII. H. E. Cap. 9. fol. m. 506. Ruffinus Lib. X. H. E. Cap. XXXVIII. fol. m. 240. Ammianus Marcellinus Lib. XXIII. Cap. I. fol. m. & alii referunt. Haggai Cap. II. 6. & seq. templum secundum, differè templum ultimum appellatur: שׁוּר אֶחָת מֵעַט הוּא וְאַנְיִם מְרֻשֵּׁשׁ אֶת הַשְׁמִינִית וְאֶת הָאָרֶץ וְאֶת הַדָּם וְאֶת הַחֲרֵב : וְהַרְשֵׁתִי אֶת כָּל הַנּוֹתָר וְכָאָז חִמּוֹת כָּל הַנּוֹתָר וְמַלְאֵת אֶת הַבָּיִת חֹתֶה כְּבוֹד אֱמֹר וְזֹה אַבָּאָרוֹן : לִי הַכְּסָפָה וְלִי הַחֲבֵב נָמֵם

נָם יְהוָה צְבָאֹת: זֶדֶל וַיהוָה כָּבוֹד הַבַּיִת הַוָּה דָּאָרְנוֹן מִן
הַרְאָשֵׁן אָמַר וַיהוָה צְבָאֹת וּבָמָקוֹם הַוָּה אֲתָן שְׁלוֹט נָמֵן
יְהוָה צְבָאֹת: *adhuc semel & brevi illud erit, & ego commo-
vebo cœlos & terram, & mare & aridam. Et commovebo
omnes gentes, & venient desiderium omnium gentium, & imple-
bo domum hanc gloriæ, dixit Dominus exercitum. Mihi est ar-
gentum, & mihi aurum, dicit Dominus exercitum. Major erit
gloria domus hujus posterioris quam prioris, dixit Dominus exer-
citum; & in loco hoc dabo pacem, dixit Dominus exercitum.*
Accuratè hic observandum ᄀ emphaticum & voculam
הַנָּה sape in textū iterari, ad significandum, DEo, de præ-
senti post captivitatem Babyloniam exstructo templo, ser-
monem esse; q. d. hanc, quam præ oculis vestris habetis &
exstruitis domum implebo gloriæ. Gloria hujus, quam vi-
detis & exstruitis, domus posterioris, major erit quam pri-
oris. Hoc in loco, in quo haec domus est exstructa, dabo
pacem. Haec & alia Judæos movere, ut vaticinum hoc de
secundo interpretarentur templo. Vide Targum Jonathan,
& ר' ad h. l. frustra proinde Judæi tertium expectant
templum, secundò hōc existente ultimō. Omnem quidem
Abarbanel in Comment. ad Haggai loc. movet lapidem, ut
ex eō structuram tertii evincat templi, veruntamen quæ in
contrarium affert nullius ferè sunt momenti, ut magis nume-
rō quam pondere argumentorum pugnare videatur.

§. VIII.

Ex adductis clarum esse putamus, Prophetam hisce
verbis: *ecce, vir cuius nomen est germen, & sequentibus, ne-
que Zorobabelem, neque templum tertium, sed Christum,
templumque Domini Ecclesiam respexisse. Is gloriam ges-
tit v. 13. gloriæ & honore à Patre coronatus, Ps. VIII. 6. Ebr. II.*

6. Vedit hanc gloriam Christi cum aliis fidelibus Johannes scribens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vivimus gloriam ipsius, gloriam sicut unigeniti à Patre, plenus enim erat gratia & veritate, Cap. I. 14.* Et Cap. XVII. 5. glorificari vult Dominus eà gloriā, quam ab æterno possederat, dicens: *glorifica me, tu pater, apud te ipsum, gloriā, quam habui, antequam mundus esset apud te.* Gloriam gessit, quia, oleo latitie præ confortibus suis unctus fuit, Ps. XLV. 8. Quò Petrus respiciens, ait: *DEus JEsum illum Nazarenum unxit spiritu Sancto & virtute, Act. X. 38.* & Salvator noster de se ipso: *quem Pater misit, verba DEi loquitur, non enim ex mensura dedit illi DEus spiritum, Joh. III. 34.* Gloriam gessit, propter cultum religiosa adorationis, vi unionis personalis, humanæ naturæ communicatum, per me, juravi, exivit ex ore meo iustitia, verbum, quod non revocabitur: *quod nimur mihi se incurvaturum sit omne genu, & iuratura omnis lingua, tantummodo in Domino, dicit mihi, iustitia sunt & robur, sunt verba ejus, Ef. XLV. 23 24.* Et Paulus ad Philipp. II. 9, 10. *DEUS ipsum exaltavit, & donavit ipsi nomen, quod super omne nomen est, ut in nomine JEsu omne genu selectat supracœlestium, terrestrium, & subterraneorum, & omnis lingua confiteatur, quod Dominus sit JEsus Christus, in gloriam DEi Patris.* Turbam electorum voce magnâ clamantem audiebat Johannes: *Dignus est agnus occisus, qui accipiat potentiam, & divitias, & sapientiam, & robur, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Omnes metiam creaturam, que est in cœlo, & in terra, & sub terra, & in mari que sunt, & que in his omnia, audivi dicentes: *sedenti super throno, & agno sit benedictio, & honor, & gloria, & robur in secula seculorum.* Apoc. V. 12. 13. Gloriam gessit ad dextram Patris eiusdem; suscitavit illum DEus ex mortuis, & sedere fecit in dextra sua in supracœlestibus, supra omnem principatum

patum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non tantum in seculô hòc, sed etiam in futuro, Eph. I. 20. 21. David hanc gloriam prævidens, vaticinatur: *Dixit Dominus ad Dominum meum, sede ad dextram meam, usque dum posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum,* Ps. CX. 1.

§. IX.

Is sedit & regnabit super throno suo v. 13. utpote Rex Regum, & Dominus dominantium, Apoc. XVII. 14. & XIX. 16. Erat Rex, quem Pater in monte suo sancto Zion unixerat, Ps. II. 6. Erat Rex cuius regium ingressum in Hierosolymam Zacharias hunc in modum depingit: *Exulta valde, ô filia Zion, clange, ô filia Hierosolyma: ecce enim rex tuus venit tibi, iustus & salvator ille; misertamen & equitans super asino, & super pulchro filio arianarum,* Cap. IX 9. Fuit autem simul Sacerdos super throno suo v. 13. In V. T. sacerdotium ad tribum Levi, & regnum ad tribum Juda alligatum erat; Christus autem talis Rex erat, in quo sacerdotalis & regia concurrebat dignitas. Sacerdotem hujusmodi nobis sifit David dicens: *tu es sacerdos in eternum, juxta modum Melchisedeci,* Ps. CX. 4. Is autem Rex & Sacerdos erat. Melchisedec Rex Salem produxit panem & vinum, & hic quidem sacerdos erat DEo altissimo, legitur Gen. XIV. 18. Autor Epist. ad Ebraeos comparationem inter Melchisedecum & Salvatorem nostrum instituens hunc in modum loquitur: *quemadmodum & in alio loco dicit, tu es sacerdos in eternum juxta ordinem Melchisedeci,* Cap. V. 6. Conf. Cap. VI. 20. VII. 1 2. 3 & 17. VIII. 1. Ita verba Zachariæ diu ante nos intellexit Cyrillus Alexand. in Comment. ad Cap. VI. 13. illius, tomo III. Operum, fol. m. 707. *Christus, inquit, est omni virtute plenus, hoc est, gloria DEo maximè conveniente.* Scribit alicubi Johannes, vidimus gloriam ejus, glo-

riam quasi unigeniti à Patre plenum gratiae & veritatis. Sedit super throno, regnavit ut Deus, & assidet Deo Patri, & simul imperat omnibus. - - - Est ipse Rex simul, & summus sacerdos, ut per duos (Zorobabelem & Jehoschua summum sacerdotem præfiguratus) pro uno Immanuele numeratus.

S. X.

Tandem Propheta Vocationis gentilium ad Ecclesiam Christi N. T. meminit, v. 15. pergens : *Longinqui venient & edificabunt templum.* Longè verò DEi cultū illiusque cognitione salvifica, hinc Athei dicti, illi aberant; Veruntamen ad coenam magnam, nuptiasque celestes ministeriō Apostolorum invitati, Luc. XIV. & Matth. XXII. templum Domini ædificarunt, tanquam lapides viventes se in templum DEi, lapidi angulari IESU Christo superstrudi, gratiāq; Spiritus S. repleti, offerentes, 1. Cor. III. 16. 17. & 2. Corinth. VI. 16. De his longè dissitis, ad templum Domini ædificandum vocatis vas electum ita loquitur : *Eratis in tempore illo sine Christo, ab alienati à polvia Israëlis, & peregrini testamentorum, promissionis nullam spem habentes, & Athei in mundo.* Nunc verò in Christo IESU vos, qui quondam aberatis longè, propè facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex ambobus unum, & inter gerini parietis septum solvit. Unde venit & evangelizavit pacem vobis, qui procul aberatis, & iis qui propè erant. Quia per illum habemus accessum utique in uno spiritu ad Patrem. Quare non amplius estis peregrini, & advenae, sed concives sanctorum ac domestici DEi. Superadificati super fundamento Apostolorum & Prophetarum, cuius est lapis angularis IESUS Christus, per quem totum adificium coagamentum probè, crescit in templum sanctum in Domino, per quem etiam vos una edificamini in habitaculum DEi in spiritu, Eph. II. 12. 13. & seq. Idem inculcat Petrus 1. Epist. II. 4. 5. ad quem post-

25

postquam accessitis tanquam lapidem vivum, ab hominibus quidem rejectum, à DEo verò electum, pretiosum, etiam ipsi tanquam lapides viventes adificamini in domum spiritualem, sacerdotium sanctum, ad offerendum spiritualia sacrificia, accepta deo per IESum Christum. Coronatò a nobis Christò, sunt verba, Cyrilli Alexand. l. cit, fol. m. 707. tunc etiam gentium multitudine ad agnitionem ejus properabit, & qui procul sunt propter errorem, per fidem vocabuntur. Et adificabunt in domo Domini, quoniam adificabunt? se ipsos videlicet, cooptantes sanctis, & componentes in fide ad unitatem cum iis qui sunt ex Israël, Christo summo angulari lapide, & connectente in concordiam perse, quæ olim disjuncta fuerant. Condidit enim duos populos in unum novum hominem, faciens pacem, & reconcilians in corpore suo Patri omnia. Zachariæ Cap. III. 8. vaticinatur Dominus se adducturum servum suum germen, toties fidelibus V. T. promissum, ardentissimisq; votis ac suspiriis expetitum. Is autem nullus alius est quam Christus, cui propter formam servi-lem in tempore assumptam, Philipp. II. 7. & quia ad serviendum in mundum venerat, Matth. XX. 28 nomen servi tribuitur, Es. XLII. 1. ecce, servus meus, in quem incumbo animo, electus meus, in quo benefacitum habet anima mea, &c. Cap. XLIII. 24. servire me fecisti per peccata tua, laborare me fecisti per iniquitates tuas. Et Cap. LII. 13. ecce prudenter ager servus meus, extolleetur, & exaltabitur, & ev彻etur valde.

§. XI.

Nunc ipsum vaticinium, his conceptum verbis: ecce, vir cuius nomen est germen, & sub illò germinabit, & templum Domini edificabit, accuratius expendendum nobis venit. Vocabula חִנְמָה ecce, attentionis excitandæ causâ sèpius ponitur, ac de rebus mirandis, insolitis & novis usurpatur, ut Gen. VI. 17. חַנְמָה ecce, ego adducam diluvium aquarum super terram.

Exod.

Exod. XXXII. 24. **הִנֵּה** ecce, angelus meus ibit ante te. Et Cap. XXXIV. 10. **הִנֵּה** ecce, ego pango sedis, coram toto populo tuo. Mal. III. 1. **הִנֵּה** ecce, ego mitto angelum meum, qui parabit viam ante me. Hoc sensu hic adhibetur, ad denotandum, rem miram & novam esse, de qua vaticinatur erat Propheta. Dicendum quoque particulam illam hic præmitti, ad significandum, vaticinium hoc certò futurum esse, q. d. certò certius tempus appropinquabit, quō vir, cuius nomen est gerumen, &c. apparebit. Ita vox **הִנֵּה** ecce accipitur Gen. I. 29. **וְהַנָּה** ecce verè dedi vobis omnes herbas, significantes semen. Et v. 31. Et vidit Deus omne, quod fecerat, **וְהַנָּה** & ecce verè bonum erat valde. Cap. XII. II. & dixit Abram ad Saram uxorem suam, **הִנֵּה** ecce verè novi, te esse mulierem pulchram. Cap. XXVIII. 15. **וְהַנָּה** & ecce verè ego tecum sum, ut custodiā te, &c. & alibi passim.

§. XII.

Sed quæ ista est res nova, præclara & singularis certò eventura, de qua hic Propheta vaticinatur? *ecce*, inquit, *vir*, cuius nomen est gerumen. Vocat Christum **אִישׁ** virum. Idem nomen occurrit Gen. IV. 1. ubi Eva קָנָתִי אִישׁ בְּרָא **מֶן** possedi virum Dominum. Targum Onkelos קָנָתִי בְּרָא מֶן **קְרָבָה** acquisivi virum à conspectu Domini. Targum Jonathan: *acquisivi virum angelum Domini*. Reuchlin, Lib. I. Art. Kabbal. refert Evam, secundum Cabbalist. nato Kaino, præ gaudio exclamasse, *acquisivi virum illum* quatuor literarum, i. e. *Dominum*. LXX. Interp. *acquisivi hominem per DEum*. Vulgatus Interp: *Possedi hominem per DEum*. Syrus: *Possedi virum Domino*. Arabs: *Jam obtinui virum à DEo*. Quandoque **וְאַנְהָ** virum fortē, nobilem & clarum notat, ut Judic. VII. 14. *gladius Gideonis filii Joas, וְשָׂרָאֵל יְאִישׁ Viri Israelis*, i. e. ducis Israël.

I, Sam.

1. Sam. XXVI. 15. & dixit David ad Abner: nonne איש vir tuus? h. e. Dux & Princeps magnus? Exod. XV. 3. Dominus נָאשׁ vir belli, i. e. magnus bellō, autor belli, vel belliscosus, militiae & stratagematum militarium ita peritus, ut illis utatur, pro lubitu. Jerem. V. 1. & quarite in plateis ejus, an inveniatis איש virum, i. e. illustrem, magnum & potentem, habentem bona opera, unde mox addit: an sit qui faciat judicium & justitiam, Ps. IV. 3. בני איש filii viri, i. e. praeclarci, illustres, quoique gloria mea vobis erit in ignominia. Ps. XLIX.

3. גם בני אום etiam filii hominum, i. e. filii plebeiorum, גם בני איש etiam filii viri, i. e. filii magnatum, nobilium & illustrium. Ps. LXII. 10. Vanitas sunt בני אום filii hominum, i. e. viles, ex imo fece vulgi, mendacium, בני איש filii viri, i. e. nobiles, & in honore constituti. Et hæc significatione, nomen אום alias quoque ignobilem & obscurum denotat, ut Judic. XVI. 7. ubi Simson: וְהִיְתָ כָּחֵר הַאֲמֹת ero sicut unus homo, i. e. sicut unus ē vulgo. Et Ps. LXXXII. 7. Veruntamen sicut homo, i. e. sicut unus ē vulgo, moriemini. Ita hæc loca interpretatur R. David Kimchi in libro Radic. in vocefol. m. 24. 25. איש והגדול ובעל דבר רורשו:

וקרא איש כמו גדורען בן יואש איש ישראלי ר' גדור ישראלי וראשו הלא איש אתה ומוי כמו כמורה בישראל כלומר הלשון גדור אתה והוה איש מלוחמה כלומר גדור ובעל מלוחמה אם חמציאו איש כלומר גדור בעל מעשים טובים ופירושו לענינו אם יש עשה משפט וצדקה וכן גם בני אום גם בני איש בני אום אמר על החתן ובני איש על הנrollers:

Vid. ejus Comment. ad Ps. IV. 1. XLIX. 3. LXXXII. 7.

§. XIII.

Et de tali viro forti, illustri & nobili loquitur hic Pro-

C pheta,

pheta , dicens: *ecce, vir.* Vir cujus nomen est אל Im-
manuel DEus nobiscum, Es. VII. 14. Matth. I. 23. אל DE-
us fortis, Es. IX. 5. יְהוָה נָכֹר מִלְחָמָה מלך הַכּוֹר *Rex gloria;* אֵשׁ vir
Dominus fortis, heros belli, Ps. XXIV. 8. Equidem Salvator
noster tempore acerbissimæ suaæ passionis אֵשׁ vir
dolorum erat, Es. LIII. 3. Veruntamen si oculos nostros in
personam illiusque officium conjiciamus, nobiliorem, illu-
striorem & splendidiorem illō inter angelos & filios homi-
num non invenimus; cum quoad personam DEus & homo,
vel ut Veteres loquuntur, *Gigas gemina substantia*, quoad of-
ficium, Rex, Sacerdos & Propheta audiat. Hinc David:
טוֹבֶת מִכְבָּד אֲרָם pulcherrimus es præ filii hominum, Ps.
XLV. 3. ad quem locum רָק ita scribit: Jam dudum docu-
imus in libro Michlol omnem duplicationem literarum r adic alium
fieri amplificande significacionis rei gratiā, ut in istis vocibus
viridis admodum; אֲרָמוֹת valde rubeus. Alloquitur ergo Regem Messiam, video, inquit, cum speciem tuam inspicio, te
ceteros homines longè pulchritudine antecedere. Et Paulus Ebr.
1. 4. 5. tanto melior angelis factus, quanto excellenter præ illis
nomen hereditavit. Cui enim dixit unquam angelorum, Filius
meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, ego ero illi in Patrem,
& ipse erit mihi in Filium?

§. XIV.

Viri hujus nomen est **נֶזֶם** german; descendit hæc vox à radice **נֶזֶם** quod germinare, pullulare, oriri, crescere, efflorescere & succrescere significat; Impropriè ad res varias transfertur; dicitur de pilis capitis & barbæ, Fzech. XVI. 7. & pilus tuus **נֶזֶם** germinavit, crevit. Judic. XVI. 22. & cepit capillus capitis ejus **לְנֶזֶם** germinare, crescere. 2. Sam. X. 5. Maneat in Jericho donec **נֶזֶם** germinet, crescat, barba vestra. Levit. XIII. 37. & pilus niger **צַמֵּח בָּו** germinaverit.

Ortus

19

ortus fuerit , aut creverit in eo . Esa . LVIII . 8 . Sanitas germinare dicitur ; וְסַנִּתָּה תְּבוֹתָה germinabit , crescet , orietur . Ps . LXXXV . 12 . Veritas è terra הַצּוֹמֵחַ germinare , pullulare , crescere , oriri dicitur . Ezech . XXIX . 21 . dicit Dominus אֶעֱשֶׂה קָרְבָּן germinare , crescere faciam cornu domui Israelis . Ef . XLII . 9 . וְנוֹva ego annuncio antequam germinent , fiant , & orientur . Propriè de terra nascientibus & plantis accipitur , ut Eccles . II . 6 . feci mihi piscinas aquarum , ad potandum ex iis silvam : צָמָח עַשְׂרֵם germinantem arboribus . Exod . X . 5 . וְconsumet omnem arborem הַצּוֹמֵחַ germinantem . Gen . XLI . 6 . וְecce septem spicæ צָמָחוֹת germinantes post illas . Job . V . 6 . de terra non יִצְמַח germinabit perversitas . In Hiphil significat germinare , crescere facere , ut Ps . CIV . 14 . מַצְמַח germinare , crescere faciens herbam . צָמָח igitur est germen , planta de terra nascens , ut Gen . XIX . 25 . וְצָמָח וְgermenterra . Ezech . XVI . 7 . sicut germen agri . Et Cap . XVII . 9 . Omnes frondes צָמָחוֹת germinis ejus emarcescunt , & v . 10 . וְin areis צָמָחוֹת germinis sui arescet . Ef . LXI . II . sicut terra producit צָמָחוֹת germen suum .

§ . XV .

Figuratè igitur & metaphoricè Redemptor noster à Propheta מֶלֶךְ germen , planta appellatur , non tantum hic , verum etiam Cap . III . 8 . quod nec Judæi diffitentur , qui utробique Germen de Messia interpretantur . Jonathan verba nostra , ecce , vir cuius nomen est germen , ita transfert : הִא נִבְרָא מִשְׁוִיחָה שְׁפִיחָה עֲתָד רַאֲתָנְגָלִי וּוֹתָרְבוּ : ecce , vir Meßias nomene ejus , qui revelandus est , & magnificandus . Illa verò Cap . III . 8 . adducam servum meum germen , taliter : הִא אָנָּה מִתְּוִית עֲבָרִי מִשְׁוִיחָה רַוְתָּגָלִי adduco servum meum Meßiam , qui revelabitur . In Echa Rab-

besi, i. e. in Comment. super Thren. Jerem. fol. m. 68. Col. 2.

ר' יוחשע בן לוי אמר צמח שמו שנאמר
3. sic legimus: צמח שמו ומתי חתו צמח
*dixit R. Josua, filius Levi, nomen
Meſſia est germe, quia dicitur, germe nomen ejus, & fab eo ger-
minabit. Gemina his leguntur in Sepher Rabbos , fol. m.*

הנה איש צמח שמו ונומר זרץ
271. Col. 4. ubi scribunt: מישיח ואומר והקימתו לדור צמח צרייך ומלך מלך והשכיל
ושם עשה משפט וזכרה הארץ :
*ecce, vir cuius nomen est germe
&c. hic est Meſſias, quia DEus dicit : & fuscitabo Davidi ger-
meni justum, qui regnet Rex, & prosperetur, faciatque judicium
& iuſtiam in terra. רוך ad Caput III. 8. Zach. ita comentatur:*

"
וְיָמִינוּ צַמֶּח וְהַמֶּלֶךְ הַמָּשִׁיחַ אָמַר אֲשֶׁר שָׂאֵת דִּשְׁעָרָת
אנוּ מִבְיאָה לְכֶם שָׂרֵד אַבְיאָה לְכֶסֶת יִשּׂוּחָה גְּדוּלָה מִמֶּנָּה בַּסְמָן
שָׁאַבְיאָה אֶת עֲבֹרִי צַמֶּח:
*sunt ex interpretibus, qui germe hoc
de Rege Meſſia explicant. Dicit DEus, quamvis hanc salutem al-
laturus sim vobis, afferam tamen adhuc vobis salutem majorem.
illo tempore, quo servum meum germe adducam. ad Cap.
VI. 12. Zach. וְיָשַׁב פָּתָרוֹת אָתוֹ בַּמֶּלֶךְ הַמָּשִׁיחַ: sunt qui ex-
pli-cant verba Propheta, est vir cuius nomen est germe, de Rege
Meſſia. R. Ab. Esraad Cap. III. 8. Zach.
ומפרשים רביות א"ר אביה ל"כ רביות ישׁוּחָה גְּדוּלָה מִמֶּנָּה
אמרו כי זה צמח הוא מישיח :
multi Interpretes dicunt, hoc
germen esse Meſſiam. Abarbanel ad eundem locum fol. m.*

הנה המלאך אמר ופרש בפניהם שיביא הקב"ה
284. Col. 1. לאותר לבא את עברו צמח והוא מלך המשיח שמלך על
ישראל וקראו צמח לפי שיחיה חוטר מניע ישו ונצר מושרשו
ושם עשה משפט וזכרה הארץ :
*ecce angelus dicit & manifestat in praesentia illo-
rum, S. B. adducturum tempore futuro servum suum germe; hic
est*

est Rex Messias, qui regnabit super Israelem. Germen vero eum appellat, quia erit virga de trunco Isai, & surculus qui è radicibus ejus fructum feret, & germinabit, Es. XI. 1. In quotidianis precibus Messiam à Judaeis germen vocari, dudum viri eruditii ex illorum libris precum monuere, ut non opus sit hâc de re aliiquid addere.

§. XVI.

Utens vero Propheta noster voce germinis, eam sine dubio ex ore Prophetarum ante captivitatem Babylonicam viventium hausit. Nihil enim tritus in scriptis eorum, quam Christum nomine germinis insigniri, ut Es. Cap. IV. 2. *In die illa erit צמח צדקה germen Domini in decus, & in gloriam.* Targum Jonathan: *in die illa erit מושיאס Domini רוי;* רַק ad h. l. ופירוש צמח ה' משיח בן דור כמי שנאמר ר' זריך: לדור צמח צדקה per germen Domini intelligitur Messias filius Davidis, prout dicitur, & suscitabo Davidi germe justum, Jerem. XXIII. 5. Targum Jonathan: *suscitabo Davidi justum מושיח רציקין Messiam justorum.* רַק ad h. l. צמח צדקה מושיאס justorum: *germen justum, hic est Messias.* Et Cap. XXXIII. 15. *germinare faciam Davidi רַק germen justitiae.* Targum Jonathan: *suscitabo Davidi מושיח רציקין Messiam justitiae* צמח צדקה וזה מלך המשיח רַק ad h. l. *germen justitiae, hic est Rex Messias.* Neque negligenda nobis veniunt sequentia loca, Es. XI. 1. *exibit virga de trunco Isai, & surculus è radicibus ejus fructum feret.* Et Cap. LIII. 2. *ויעל צזון לפניו & ascendet sicut surculus coram eo.* Quamvis enim vox צזון ibi non legatur, æquipollentes tamen occurunt voces. נָא enim & יְוִנָּק non tantum surculum, verum etiam germen, vel plantam novellam & teneram denotant, ut Es. LX. 21. *Planta tenera plantationum me-*

rum. Vulgatus Interpres : *germen plantationis mee.* LXX.
 Interp. habent ἡ φύσιμα, quod plantam notat. Targum
 Jonathan : נָצַב וְהִזְרֹחַ נָצַבְאָן *plantalatitia mee.* Nam נָצַב Chal-
 dæis est plantare, vide Lexicon Talmud. Buxtorfii. Arabs :
custodiens plantas &c. Et Cap. XIV. 19. *& tu projectus es de se-
 pulchro tuo, sicut germen abominabile, vel planta-
 abominabilis.* כנץ רעב נצץ *sicut germen abominabile,* vel *planta-
 abominabilis.* כנוטע אֶת נטיעת וְשָׁךְ רָקְן ad h. l. בְּנִיהָה שָׁאֵת מְלִיחָה עֲוֹר אָרוֹן מִשְׁרְיוֹ וּמִשְׁלְכוֹ :
 quando homo plantas plantat, & aliqua ex illis non germinat, vel
 crescit, tumeam radicis evellit & projicit. Dan. XI. 7. *& sur-
 get מַנְצֵר שְׁרִיחָה de planta radicum ejus.* Vulgatus Inter-
 pres : *& stabit de germine radicum ejus plantatio.* LXX. Inter-
 pret. *surget ἐν ἀνθεψὶ τοῦ δέντρου τοῦ φύλλων τοῦ σπόρου τοῦ*
στίφης illius. Observavit hanc significationem vocabuli
 נצץ בְּרָמֵשׁ in libro Radicum in voce נצץ fol. m. 309.
 נצץ in fol. m. 309. *nomen נצץ cum quinque punctis*
est plantatenera, novella, aut ramus seu surculus. יונקְרָתָן
 autem recens natæ vocantur plantæ, quod sine instar infan-
 tum, seu lactentium, succum terræ exugentes, ut Job. VIII.
 16. *& in horto ejus יונקְרָתָן planta ejus egredietur, & Cap.*
 XV. 30. *יונקְרָתָן plantamejus sicabit flamma.* Of. XIV. 7. ibunt
 יונקְרָתָן *plantæ ejus.* Ezech. XVII. 22. *de vertice plan-
 tarum ejus.* Denuò in libro Radic. in voce יונקְרָתָן fol. m.
 198. Col. 2. *נקרא חתומות הילאות הרבות יונקאות כמו שנקרא*
 יונקְרָתָן : *plantæ recens natæ & teneræ vocantur זולְד יונק :*
quemadmodum infans vocatur sügens vel lactens.

§. XVII.

Cūm verō in Christo duæ sint naturæ divina & huma-
 na, dubium hic oritur, secundum quam naturam dicatur ger-
 men.

men. Multi ex nostratis Theologis existimant ; germen
 à Propheta respectu humanæ naturæ tantum vocari. Nos,
 salvo aliorum judicio , Christum , quoad utramque natu-
 ram germen commode appellari posse , censemus. Quoad
 divinam naturam , quia instar germinis ex substantiâ Patris ,
 quasi è terra fœcundissima , in qua esse divinum cum variis
 DEi attributis , quasi virentibus virgultis nunquam marce-
 scentibus , residet ab æterno est progenitus , Ps. II. 7. & CX. 3.
 Quemadmodum enim germen , aliud quoad substantiam , sibi
 simile producit germen : sic æternus Pater coæternum &
 co-essentiali sibi genuit Filium , qui est splendor gloriae , & chara-
 cter substantia ejus , Ebr. I. 3. DEus de DEo , lumen de lumine , ut
 Patres in Symbolo Nicæno loquuntur. Hinc Salvator no-
 ster : ego & Pater unum sumus , Joh. X. 30. Philippus dicebat ipsi :
Domine monstra nobis Patrem , ita sufficit nobis ; Dicit illi JESUS ,
tantum tempus vobiscum sum , & tamen non nos i me ? Philippe ,
qui videt me , videt Patrem , quomodo ergo tu dicas , monstra no-
bis Patrem . Nonne credis , quod ego in Patre , & Pater in me sit ?
Credite mihi , quod ego in Patre , & Pater in me sit , Joh XIV. 8.
 & seq. Tres sunt , qui testificantur in cœlo , Pater , Verbum , &
Spiritus Sanctus , & hi tres unum sunt , i. Joh. V. 7. Fâ de-
 cau à non tantum יְהוָה Germen , verum etiam יְהוָה
Ef. IV. 1. vocatur ; vel per appositionem Germen Dominus ,
qui in unitate personæ & verus homo , & verus DEus est .
Vel per regimen : Germen Domini , propter æternam ejus à
Patre Originem & generationem . Et sine dubio ex V. T.
mutuatus est Phrasin Zacharias , dum Christum vocat ἀνθρώπον ὑψος ,
germen ex alto , Luc. I. 78. i. e. germen coeleste ,
vel divinum , quia Dominus de cœlo erat , i. Cor. XV. 47. ac de
cœlo venerat , Joh. III. 13. Germen enim ex terra nascentis ἀνθρώπου dicit ,
patet ex Ezech. XVI. 7. ubi germen vel planta agri
voca-

vocatur ἀνατολὴ ἢ ἀύρα. Et verbum ἀνατίκειν de terrae nascientibus usurpatur Gen. II. 5. & XIX. 25. Ezech. XVII. 9. 10. Et Ebr. VII. 14. dicitur, manifestum est, ὅτι ἐξ ἑβδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύρος, quod ex Iuda germinaverit, seu ortus sit, Dominus noster. Eò, nisi fallor, digitum intenderunt LXX. Interpret. πώλη per ἀνατολήν Zach. III. & VI. transferendo. Nam ἀνατολὴ exortum quoque solis & lunæ notat, ut Jud. V. 31. *sicut ἀνατολὴ solis in fortitudine sua splendet.* Es. LX. 19. ἀνατολὴ luna non illuminabit te. Stephanus in thesauro Lingvæ Græcæ in voce τέλω, fol. m. 1366, annotat, ἀνατολὴ secundum quosdam de sole duntaxat dici, de reliquis sideribus ὀπισθολὴν. Dici aliquando ἀνατολὴν ἡλίου, sàpe verò genitivum ἡλίου omitti. Et ἀνατέλλειν dicuntur astra, ut Jac. I. II. *ἀντειλε γὰρ ὁ ἥλιος, exortus enim est sol.* II. Petr. I. 19. οὐχὶ Φοσφόρος ἀνατέλλει ἢ Lucifer exoriatur. Matth. V. 45. ὃν τὸν Ἡλιον ἀντεῖλεν, qui a facie, ut sol suus oriatur. Vide Stephani Lexicon I. cit. Vocabulò igitur ἀνατολῆς divinam Christi naturam indigitare voluisse probabile videtur; præprimis cum non pauci ex Patribus aliisque Interpretibus inventiantur, qui verba Zachariæ, *visitavit nos ἀνατολὴν εἰς ἔψεις oriens ex alto,* ex LXX. Interpret. versione, aut ex Mal. IV. 2. Es. LX. 1. Num. XXIV. 17. de sumpta esse putant. Cyrillus Alexandrinus ad verba illa: *ecce, ego adduco servum meum oriens nomen ejus,* Cap. III. Zach. tomo III. Oper. fol. m. 677. in fine, ita commentatur: *Christus est Deus secundum naturam, et ex Deo Patre apparuit unigenitus, secundum hoc liber.* Nihilominus exinanivit semetipsum, secundum scripturas, demittens se in id quod non erat, et appellatus servus propter naturam humanam, quamvis omnium Dominus esset, tanquam Deus. Sed idem et oriens erat, i. e. sol iustitiae. Exortus est enim, et illuminavit nos velut in tenebris degentes, et gratia sua nos illustravit. - - - Nominat ser-

vum,

25

vum, quoniam in servi forma venit: Orientem, quia verum lu-
men est, idem & dies, & clarus lucifer in mentibus exoriens, &
corda lucida efficiens. Beda ad verba: visitavit nos Oriens ex
alto, tomo V. Oper. fol. m. 231. Col. I. & Prophetæ de Domino
loquens, ecce, Vir, inquit, nomen ejus oriens est. Qui ideo rectè oriens
vocatur, quia nobis ortum vera lucis aperiens, filios noctis & tene-
brarum, lucis efficit filios, &c. Hugo de sancto Chero ad eund.
loc. tomo VI. Oper. fol. m. 139. Col. II. visitavit nos, carne
assumptâ, oriens ex alto, verbum Patris vera lucis aperiens or-
tum, Zach. VI. ecce, vir, oriens nomen ejus, dicit de Filio. Et ad
Cap III. 8. Zach. tomo V. Oper. fol. m. 215. Col. 3. ecce enim
ego, dicit DEus Pater, adducam, in incarnatione, servum me-
um, de quo Philipp II. formam servi accipiens, Orientem, infra,
Cap. VI. Oriens nomen ejus, & ipso veniente, orietur vobis timenti-
bus DEum, sol justitie, Mal. 1V. Et ad Cap. VI. fol. m. 217. col.
3. Ipse JESUS etiam Oriens dicitur, quia in diebus ejus orta est ju-
stitia & abundantia pacis &c.

§. XVIII.

Quoad humanam naturam Christus germen est, quia
instar germinis, ex utero Mariae Virginis, quæ ad modum cæ-
terorum hominum terream habet originem, cuique dictum,
pulvis es, & in pulverem reverteris, Gen. III. 19. in plenitudine
temporis prodiit. Ecce, concipies in uterô, & paries filium,
vocabisque nomen ejus JESUM, sunt verba angeli, Luc. I. 31.
Hoc respectu germen Davidis, Jerem. XXIII. & XXXIII. fru-
ctus lumborum ejus, Actor. II. 30. Filius Davidis, Matth. XXII. 40.
& David Pater ejus Luc. I. 32. nominatur. Germen est, quia
ex arida Davidis radice, omni splendore regio per tot secula
destitutâ, tanquam novum germen ad regnandum, ac ad
proferendum fructum omnis gratiae salutis & boni pullulavit,
Ez. XI. 1. Germen est, quia non secundum communem na-

D

turæ



turæ cursum, sed instar germinis, quod de novo exit è terra, ex casta & immaculata virginè, obumbratione Spiritus Sancti conceptus est & natus. Maria dicebat ad angelum, quomodo fiet hoc, quoniam virum non cognosco? Cui respondens angelus dixit: Spiritus Sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit te, unde etiam quod ex te nascitur sanctum, vocabitur Filius DEi, Luc. I. 34. 35. Prædictum admirandum germinis hujus ortum Esaias dicens: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen ejus Immanuel, Cap. VII. 14. & Matth. I. 23. Germen est, si vilem contemptum & abjectum ejus, in quo ad tempus apparuit, consideremus statum, de quo Paulus: IESUS Christus cum in forma DEi esset, non rapinam arbitratus est, esse aequalē DEo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Philipp. II. 6. & seq. Et Et. Cap. LIII. 2. & seq. non erat forma illi, neque honor, vidimus eum, sed non illi aspectus, ergone desideraremus eum? Contemptus fuit, & cessans virorum, vir dolorum, & notus morbi. Unde fuit qualis occultatio facierum ab ipso, contemptus est, ut non reputaverimus eum.

§. XIX.

Germen est, quia instar germinis, in diebus carnis suæ, hominibus miseris, afflictis & mœrore oppressis profuit utilisque exitit; non solum Evangelium prædicando, blandisque eos verbis: venite ad me omnes, qui laboratis & onerati esis, & ego vos refocillabo, Matth. XI. 28. compellando; erat enim de quo Esaias vaticinatus fuerat: calamum contusum non confringet, & linum fumigans non extinguet, Cap. XLII. 3. Verum etiam doctrinam, quam à Patre acceperat, signis & prodigiis admirandis confirmando. Joh. III. 2.

Matth.

Matth. XI. 3. & seq. Act. X. 38. Et. XXXV. 4. & seq. Germen est, quia tempore acerbissimæ passionis instar germinis contritus, conculcatus & in sepulchrum congedus fuit. Hinc conqueritur Ps. XXII. 15. & seq. & Et. L. 6. Germen est, quia instar germinis, à falce mortis excisus propriâque virtute resurgens, sic refloruit, ut in æternum sit germinaturus, Rom. VI. 9. Ebr. XIII. 8. Apoc. I. 17. 18.

§. XX.

Causam, cur Christus germen dicatur, mox Propheta subjicit, pergens : וְמִתְהַרְרוּ יִצְמַח וְסֵבֶב אֹתָהּ germinabit. Particula ו causaliter est accipienda, hoc sensu: nomen ejus est germen, quia sub eō germinabit. Ita hæc particula alias quoque accipitur, ut Gen. XXVI. 12. & invenit anno illō, censemens mensuras *qui ab benedixit ipsi Dominus*, Deut. XVII. 16. וְזַהֲרוּ *quia Dominus dixit vobis*, &c. Et. XXXIX. 1. Rex Babyloni literas & munus misit ad Hiskiam, עִזִּים *quia audiverat*, &c. Ps. XXXVII. 5. & confide in ipso: עֲשֵׂה *quia ille faciet*. Job. XXIII. 16. וְאַל תַּזְרִיר *quia Deus emollit cor meum*, &c. Vox מִתְהַרְרָה diversimodè accipitur ab Interpretibus, qui consulendi, imprimis Biblia Polyglotta & Critica Anglicana, Polique Synopsis Critic. ad h. l. Nos putamus מִתְהַרְרָה hic idem esse, quod *de super illo*, vel ex radice hujus germinis, vide Concordant. Ebraicas in voce מִתְהַרְרָה, & hoc modò loquendi innui, Christum germen & radicem Isai & Davidis, Et. XI. 10. Apoc. V. 5. & XXII. 16. esse, ex quo omnis generis dona cœlestia succrescent, huicque soli omnia, quæ de manu Domini accipimus, & ad præsentem futuramque vitam faciunt, adscribenda. Joh. I. 16. Luc. I. 69. Gen. XXII. 18. Gal. III. 16. Eph. I. 3. Emphasit hanc verborum diu ante nos observavit Cyrillus Alexand., ad h. l. fol. m. 705, scribens: & super

eum orietur, Τατέσιν ἐκ τῆς αὐτῆς ρίζης ἀναφύσει, hoc est, ex ejus radice germinabit.

§. XXI.

Sed quae sunt illa beneficia, quae ex hoc germine verè divinò progerminarunt? Germinavit sub illo pax inter DEum & homines. *Ipse est pax nostra*, Eph. II. 14. *EST שָׁלוֹם Princeps Panis*, Ef. IX. 5. Conf. PI. LXXII. 7. Ef. IX. 6. Luc. II. 14. Rom. V. 1. Col. I. 18. II. Cor. V. 18. 19. Germinavit sub illo Justitia quâ coram DEo justificamur. Describit eam Esaias Cap. LXI. II. quemadmodum enim terra, producit germen suum, & quemadmodum hortus semina sua progerminat, sic Dominus DEus progerminare faciet justitiam & laudem, coram omnibus gentibus. Et Cap. LIII. II. dicit DEus: *per scientiam sui justificabit justus servus meus multos*. Vide I. Cor. I. 30. Jerem. XXXIII. & XXXIII. II. Cor. V. 21. Dan. IX. 24. Philip. III. 7. & seq.

§. XXII.

Germinavit sub illo remissio peccatorum. *Erat agnus DEi tollens peccata mundi*, Joh. I. 29. *Erat propitiatio ὑλασμὸς pro peccatis nostris, imò non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi peccatis*, Joh. II. 2. *dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris, in sanguine suo*, Apoc. I. 5. *Sangvis Iesu Christi Filii DEi emundat nos ab omni peccato*, I. Joh. I. 7. Pontifex V. T. cum sanguine taurorum & hircorum semel in anno sanctum sanctorum ingrediens, eumque versus propitiatorium septies spargens, populum DEi expiabat, Levit. XVI. 14. & seq. *Christus autem postquam advenit Pontifex futurorum bonorum, per majus & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc est, non hujus creationis. Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, ita ut eternam redemptionem invenierit.* Si namque sanguis

29

gvis taurorum & hircorum, & cavis vaccæ adspersus, pollutos
sanctificat ad carnis puritatem. Quanò magis sanguis Christi,
qui per Spiritum aeternum seipsum obtulit irreprehensibilem
DEo, mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad ser-
viendum DEo viventi, Ebr. IX. II. & seq. Talis enim decebat,
&c. Cap. VII. 26. 27. Idem ex nomine, quod Dominus in
circumcisione accepit, colligitur. Vocabatur JESUS, Luc.
II. 21. IESUS autem interprete angelō, idem est quod Salvator;
ille enim, inquit, salvabit populum suum à peccatis eorum,
Matth. I. 21.

§. XXIII.

Germinavit sub illo redemptio ex faubus Diaboli,
mortis & inferni, Ebr. II. 14. 15. Col. II. 15. I. Joh. III. 8.
Populum suum Deus potenti quandam manu, per Mosen
servum suum ex servitute & crudelitate Regis Pharaonis eri-
puerat, Exod. XII. 37. Deprædicat gratiam hanc immeritam
patribus exhibitam David Ps. XXII. 5. 6. Nos autem Divi-
num Numen, non per Mosen, qui fidelis erat in totâ domo ejus,
ut servum, sed per Christum, tanquam Filium, super domum
suam, cuius domus sumus nos, siquidem confidentiam & glori-
ationem spei usque ad finem firmam retinuerimus, Ebr. III. 5. 6.
è manu infernalis Pharaonis liberavit, Luc. I. 68. 78. 79. Col.
I. 1. 12. Germinavit sub illo impletio legis. Finis legis
Christus, in iustitiam omni credenti, Rom. X. 4. Erat lex ju-
gum quod neque nos, neque patres nostri portare poterant, Actor.
XV. 10. Ab hoc jugo Dominus nos liberavit, legem nostri
loco obedientiâ suâ perfectissimâ implendo, Matth. V. 17.
Gal. III. 13. & IV. 4. 5. Rom. VIII. 3. &c.

§. XXIV.

Germinavit sub illo Vita æterna. *Donum DEI est vita
æterna in Christo JESU Domino nostro, Rom. VI. 23. Non posuit*

D 3

nos

30

nos DEus in iram, sed in possessionem salutis, per Dominum nostrum JESUM Christum, I. Thess. V. 9. Sic DEus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam, &c. Joh. III. 16. Jacobus Patriarcha videbat in somnio scalam, cuius cacumen attingebat coelum, angelosque DEI in ea ascendentibus & descendenter, Gen. XXVIII. 12. Scala, quam coelum ascendimus est Christus, ego, inquit, sum via, veritas & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me, Joh. XIV. 6. Et Cap. X. 27. Oves mee vocem meam audiunt, & ego cognoscō eas, & sequuntur me, & ego vitam eternam do illis. Christus porta est, per quem adiutur coelum, est porta qua recipit, & qua perducit, strata jam à Christo, sunt verba Tertulli, Lib. III. adv. Marcion. Cap. ult. fol. m. 412. Beda ad l. cit. Genes. fol. m. 63; tomo IV. Oper. Persicalam Christus intelligitur, qui dicit: ego sum via, &c. Scalā hāc ascendebant coelum Apostoli, qui in primo Hierosolymis celebrato concilio, unanimi suffragiō concludebant: Credimus nos salvari, per gratiam Domini nostri JESU Christi, quemadmodum etiam illi, Actor. XV. 11. Germinavit sub illō Spiritus S. Vicarius Christi, in specie visibili super Apostoloseffusus. Apparuerunt illis lingua disperitae, tanquam ignis, sed itque super singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritū Sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus S. dabant eloqui, Actor. II. 3. 4. Promiserat hoc eis Dominus: expedit vobis, ait, ut abeam, si enim non abirem, paracletus non veniet ad vos; si vero abiero, mittam eum ad vos, Joh. XVI. 7. Ascensurus ad coelos praecepit illis, ut ab Hierosolymis non discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam, inquietabat, audiuitis ex me. Quia Johannes quidem baptizavit aquā, vos vero baptizabimini spiritū S. non post multos hos dies, Actor. I. 4. 5. Et Luc. XXIV. 49. Vos ergo sedete in urbe Hierosolyma, donec

31

donec induamini virtute ex alto. Cum Petrus in domo Cor
nelii de Christo concionaretur, Spiritus S. eō adhuc loquentes
cecidit super omnes qui audiebant verba, unde obstupuerunt illi,
qui ex circumcisione fideles, quotquot venerant cum Petro, quod
etiam super gentes donum Spiritus S. effusum esset, audiebant
enim illos loquentes, linguis, & magnificantes DEum, Actor.
X. 44. 45.

S. XXV.

Germinavit sub illo multitudo credentium. Hūc per
tinent sequentia Davidis: *Floreat in diebus ejus iustus*, Psal.
LXXII. 7. Quemadmodum enim primus homo Adam de
arbore vetita comedens, germen & stirps generis vetusti fa
etus est: sic Christus ultimus Adam, germen novum, stirps
nova, novi generis, sive filiorum DEi, instar germinum
sub eō florentium & pullulantium, corda eorum aquā vivā
Spiritus S. largiter irrigando, existit, vi promissionis: ef
fundam aquas super situentem, & rivulos super aridam; fundam
spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super
natos tuos. Et germinabunt inter herbas, & sicut salices juxta
rivos aquarum, Es. XLIV. 3. 4. Et Cap. LX. 21. tecum autem
populus tuus erunt omnes iusti, in eternum possebunt terram,
כְּמַעַן germen plantationis meae, opus manuum mearum, ut
gloriosum reddam me. Est Dominus vitis mystica, Joh. XV. 1.
lignum viride, Luc. XXIII. 31. Lignum vitae, quod est in medio Pa
radisi DEi, Apoc. II. 7. ex quo fideles, tanquam palmites,
germina & surculi succum vitae spiritualis fugunt & attrahunt.
Iustus, inquit David, sicut palma florebit, sicut cedrus in Liba
no crescat. Plantatierunt in domo Domini, in atriis DEi nostri
germinabunt. Adhuc proventum habebunt in senio, pingues &
virides erunt, Ps. XCII. 13. 14. Et de se ipso Ps. LII. 10. Ger
men hujusmodi mysticum Christi erat Paulus, dicens: Vivo
autem,

autem, non amplius ego, sed vivit in me Christus. Quod vero nunc vivo in carne, in fide vivo, quae est in Filium Dei, qui dilexit me, & tradidit sementem ipsum pro me, Gal. II. 20. Multitudinem fidelium sub Christo germinasse nos docet Lucas, Petrum unam concione die Pentecostes habitam, quasi ter mille animas lucratum, referens, Actor. II. 41. Et Cap. VI. 1. discipulos multiplicatos narrat. De Paulo constat, quod ab Hierosolyma, & circum circa, usque ad Illyricum, impleverit Evangelium Christi, Rom. XV. 19. Messiam respectu piorum, sub illo multiplicandorum, germen dici, Judaei quoque observant. רָקְמַח גֶּרְמֵן גֶּרְמֵן justum, ita commentatur: וזה המשיח וקראו צמח שיחות:

צַמֵּח שִׁיחָת שְׂדֹה וּבְבָחָה: hic est Meßias, & vocat eum germen, quia egressus ejus in mundum, se habiturus erat ut egressus germinis agri, quod in multitudinem ex crescit. Abarbanel ad h. l. Jerem. f. m. 21. Col. 4.

כִּי יְהִי יִצְאָת בְּמָלֹכֹת צַמֵּח הַשְׂדָה מִתְחַת לָאָרֶץ: quia egressus ejus erit in regnum, sicut egressus germinis agrestis ē terra, quod scil. multiplicatur.

S. XXVI.

Germinabunt sub eo corpora nostra, quae tempore extremi judicii instar germinum ex pulvere terræ renascentur. Eò nos ducunt verba DEi: בראש תפרחנה עצמותכם כרשא offa vestra sicut herba germinabunt, El. LXVI. 14. & Cap. XXVI. 19. Vivent mortui tui, cadavera mea qui sunt, resurgent; evigilate, & jubilate habitatores pulveris; nam אורת טר os tuus ô Deus, ros est olerum, & terram Rephaim deturbabis. Salvator noster instar germinis ex sepulchro redivivus, nos germina plantationis suæ ita colloquitur: ego vivo, & vos vivetis.

vetis. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, et si morietur, vivet. Omnis vero qui vivit, & credit in me, non morietur in eternum. Amen, amen dico vobis, si quis verbum meum servaverit, mortem non videbit in eternum, Job, XI. 25. XIV. 19. & V. II. 51. Germini huic verâ fide insitus Jobus, certus erat corpus suum miserum instar plantæ germinatum, hinc inter acutissimos dolores latetabundus exclamat: Scio Redemptorem meum, quod vivat; & postremum, quod super pulverem surget, & post cutem meam circumdabuntur haec: & ex carne mea videbo DEum, quem ego videbo mihi, & oculi mei videbunt, & non aliud, Cap. XIX. 25. & seq. Tandem hisce verbis: sub eō germinabit, Christo regnum stabile, firmum, perpetuum ac eternum promittitur. Omnia regna mundi potentissima quoque ad tempus duntaxat germinant, durante; tandem verò instar germinum marcescunt & exarciscunt. Omnis caro est gramen, & omnis sanctitas ejus sicut flos agri; vel ut Vulgatus transtulit: Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri, Ef. XL. 6. Ubi modò Monarchia Babylonica? ubi Persica? ubi Græca? instar plantarum evanere; regnum Christi autem in eternum germinabit. Semenejus in eternum erit, & thronus ejus sicut sol coram me, si ut luna firmus erit in eternum, & sicut tesseris in nubibus fidelis, Ps. LXXXIX. 37. 38. Nomen ejus erit in eternum, Ps. LXXII. 17 Ego firmum reddam thronum regni ejus in eternum. Ita stabilis erit domus tua, & regnum tuum usq. in seculum coram te; thronus tuus erit firmus usque in eternum, II. Sam. VII. 13. 16.

§. XXVII.

Ultimum de quo hic Propheta vaticinatur, est: & edificabit templum Domini; ille, inquam, edificabit templum Domini. Alludit ad Promissionem DEi factam Davidi: cum complebuntur dies tui, & cubueris cum patribus tuis, erigam semet tuum post te, quod exhibit ex visceribus tuis, & firmum faciam regnum ejus. Ille edificabit dominum nomini meo, II. Sam. VII. 12, 13. I. Paral.

XVII, 11, 12. Per templum Domini hic neque templum tertium, neq; templum secundum intelligitur. Non templum tertium propter causas supra adductas; neq; templum secundum, quod Dominus non exstruxerat, sed ante aliquot seculajam erectum invenerat, dicentibus Judæis: *quadraginta & sex annis adificatum est hoc templum*, Joh. II, 20. Relinquitur ergo templum Domini esse Ecclesiam N. T., cuius figuram templum Hierosolymitanum, tum reædificatum sustinuit; q. d. Propheta: templum præsens, quod præ oculis vestris habetis, ac à Zorobabele, Jehosua, aliisque erigitur, est typus templi spiritualis Ecclesiae N. T. quam promissus mundi Messias, vir cuius nomen est germen, & sub quo germinabit, suo tempore ædificabit. Notandum certum locum germinandi, & erigendi templum Domini, hic non exprimi, sed indefinitè dici: *sub eō germinabit, & templum Domini adificabit*. Non enim ad certum locum Dominus gratiâ suâ alligatus est, sed ubique ubicunque Christus subsistit, templum Domini erigitur. Vide Luther, ad h. l. Adscribens autem Propheta strukturam templi Domini Christo innuit, hoc longè præstantius, splendidius & magnificenter illò V. T. futurum, utpote *super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summō angulari lapide IESU Christo existente, in quo omnis adificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, adificandum*, Eph. II, 20. 21. Hoc templum Domini Salvator noster feliciter erexit, docendo & miracula edendo, quibus mediis regnum diaboli in hoc mundo potenter destruxit, & templum Domini, quod est Ecclesia DEI viventis, columna & fundamentum veritatis, I. Tim. III, 15. in qua S. S. Trinitas suâ gratiâ & clementiâ habitat, electos regit, & ad vitam æternam conservat, salutariter inter Judæos pariter & gentes in universo dilatavit mundo.

§.

§. XXXVIII.

Tempore V. T. ad templum Domini spirituale Ecclesiam soli pertinebant Judæi, cuius signum erat templum in terra sancta Hierosolymis fundatum, ad quod omnes, qui vero DEI cultui erant addicti, undique confluere cogebantur. Hic sacrificia erant immolanda; hic primitiae offerenda; hic agnus paschalis mandandus & comedendus; hic ter in anno omnes mares se sistebant; hic Domini erat focus & cibanus, Es. XXXI. 9. Id indicat Moses hisce verbis: *qua magna enim gens, cui Deus propinquus apud ipsum, sicut Dominus Deus noster in omnibus, in quibus invocavimus ipsum?* Deut. IV. 7. Et David Ps. C. 3. *Agnoscite quod Dominus sit Deus.* Ille enim fecit nos, & non nos ipsi, populum suum, & gregem pascui sui. Et Ps. CXLVII. 19. 20. annunciat verba sua Jacobo, statuta sua & iudicia sua Iudaæi. Non facit sic ulti genti, nec iudicia noverunt. Sed Christò in carne exhibitò, longè alia templi Domini spiritualis Ecclesiæ deprehendebatur facies. Vocabantur ad illud gentes quoque, *Ecce Magi, primitiae gentium,* ut Patres loquuntur, *vix nato in Bethlehem Iesu, ab oriente veniebant Hierosolymam, dicentes: ubi est natus Rex Iudeorum? vidimus enim ejus stellam in Oriente, & venimus adorare eum,* Matth. II. 1. 2. De Vocatione gentium ad templum Domini à Christo ædificandum, legi atq; evolvi possunt sequentia Scripturae loca, Gen. XLIX. 10. Ps. II. 8 Hag. II. 7. Es II. 2. XLIX. 6. & Cap. LX. 1. & seq. Mal. I. 11. Mich. IV. 1. & seq. Luc. II. 29. & seq Joh. I. 9. & VIII. 12. Tandem ad Patrem abiturus, Dominus discipulos suos in universum misit mundum, ad prædicandum sine discriminé, omnibus gentibus, populis & linguis, Evangelium, ut templum Domino spirituale Ecclesiam sanctam ubique locorum exstrueret. Verba ejus hujus sunt tenoris: *Euntes in mun-dum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Mandatum Magistri sui fideliter executi sunt S. Apostoli; Illi exequ-

tes predicarunt ubique ἐκκήνεξαν πανταχοῦ, Domino cooperante & verbum confirmante per subsequentia signa, Marc. XVI. 15. & seq. Quò autem Pedes Apostolorum non pervenerunt, eò sonus eorum, vel fama prædicti pervenit Evangelii, prout scriptum est: *anon audierunt?* Atqui in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum, Rom. X. 8. Quàm latè suo tempore, per prædicationem Evangelii, Ecclesia Christi disseminata & propagata fuerit, indicat Paulus ad Colossenses scribens: *audiuisti per sermonem veracem Evangelii, quod pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est, καὶ τὸν οὐρανὸν τὸν οὐρανόν, & fructificat, & crescit, sicut & in vobis ex eō die, quō audiuitis & cognovisti gratiam DEI per veritatem, Cap. I. 6. Et v. 23.* Si tamen permanetu infide fundati & stabiles, & immobiles à spe Evangelii, quod prædicatum est apud universam creaturam, quæ sub calo est, τὰ κηρυχέντας εἰς πάσην τὴν οἰκουμένην εργάζονται.

§. XXIX.

Salvatorem nostrum templum Domini Ecclesiam in universo mundo per ministerium verbi & sacramentorum brevi temporis patiō ædificasse, Doctores Ecclesiæ primitivæ quàm diligentissimè suis observarunt & admirati sunt temporibus, indeque pro veritate religionis Christianæ confirmanda, argumentum, contra Judæos & gentes, novitatem doctrinæ Christianæ objicientes, petivère. Latè hāc de re à nobis alibi auctum, hāc vice sequentibus Patrum testimoniis propter angustiam pagellarum, contenti erimus. Tertullianus Lib. adv. Judæos, Cap. VII, fol. m. 189. in princip. in quem alium universa gentes crediderunt, nisi in Christum, qui jam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt, Paribi, Medi, Elamite, & qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam & Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ, que est trans Cyrenem, inhabitantes? Romani & incola iunc, & in Hierusalem Ju-dæi

dai & ceteræ gentes ? Ut jam Getulorum varietates & Mauro-
rum multifines, Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diver-
se nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero
subdita ; & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, &
Scytharum, & additarum multarum Gentium & provinciarum
& insularum multarum nobis ignorarum, & quæ enumerare mi-
nus possumus ? In quibus omnibus locis, Christi nomen, qui jam
venit, regnat ; utpote ante quem omnium civitatum portæ sunt
apertæ, & cui nullæ sunt clausæ, ante quem scæ ferreæ sunt
communatae, & valvæ ærea sunt aperia. Irenæus Lib. I. adv. Hæ-
res Cap. II. fol. m. 51. Ecclesia per universum orbem usque
ad fines terræ seminata, & ab Apostolis & à discipulis eorum, acce-
pit eam fidem. &c. &c. Et Cap III. f. m. 53. Hanc prædicationem
& hanc fidem Ecclesia in universum mundum disseminat a diligen-
ter custodit, quasi unam domum inhabitans, & similiter credit iis,
videlicet quasi unam animam habens, & unum cor. --- Et neque hæ
que in Germaniâ sunt fundatæ Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter
tradunt ; neg. hæ que in Hiberis sunt, neg. hæ que in Celtis, neque hæ
que in Oriente, neg. hæ que in Ägypto, neg. hæ que in Libyâ, neg. hæ
que in medio mundi sunt constituta. Sed sicut sol creatura DEi in uni-
verso mundo unus & idem est : sic & lumen, prædicatio veritatis,
ubiq. lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitio-
nen veritatis venire. Arnobius Lib. I. contra Gentes fol. m. 16.
Lutet. Paris. 1664. Quod si falsa, ut dicitis, historia illa rerum est,
unde tam brevi tempore totus mundus ista religione completus est ?
aut in unam coire qui potuerunt mentem, genies regionibus diffusi,
ventis, cælo, convectionibusq. dimoti. Et Lib. II. fol. m. 21. in prin-
cip. nonne vel hæc saltem fidem vobis faciunt argumenta creden-
di, quod jam per omnes terras in tam brevi temporis spatio immensi
nominiis hujus sacramenta diffusa sunt ? Quod nulla jam natio est
tam barbari moris, & manefetudinem nesciens, quæ non ejus amo-
re versa molliverit asperitatem suam, & in placidos sensus assumptâ
tranquillitate migraverit ? Quod tam magnis ingenii prædicti O-

ratores, Grammatici, Rethores, Consulti Juris ac Medici, Philosophie etiam secretarimantes, magisteria hac expertunt, spretis quibus paulo ante fidebant. --- Nisi forè obtusi & fatui videntur hi vobis, qui per orbem jam totum conspirant & coeunt in istius credulitatis assensum. Julius Firmic. Matern. de errore Profan Religion. fol. m. 13. in fine ferè: *Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? quā Sol oritur, quā occidit, quā erigitur Septentrio, quā vergit auster, totum venerandi Numinis Majestas implevit.* Et licet adhuc in quibusdam regionibus idolatria morientia palpiterent membra, tamen in eō res est, ut ē Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. Clemens Alexandr. L. 6. Stromat. fol. m. 697. in fine: *Magistris nostri verbum non maneat in solā Iudea, sicut Philosophia in Grecia, sed diffusum est per totum orbem terre, Gracorum simul & Barbarorum Gentibus & vicis, & totis urbibus persuadens totas domos, & scorsum unumquemque ex iis, qui audierunt, & ex ipsis etiam Philosophis non paucos jam traducens ad veritatem. Et Gracam quidem Philosophiam, si quivis Magistratus prohibuerit, ea statim perit, nostram autem doctrinam à primā usq[ue] prædicatione prohibent simul, Reges & Tyranni & singuli Duxes & Magistratus, cum universis Satellitibus & innumerabilibus etiam hominibus, in nos belligantes, nosq[ue] pro viribus excindere conantes. Illa autem magis etiam floret, non enim emoritur ut doctrina humana, neq[ue] flaccescit ut donum imbecillum.*

S. XXX.

Origenes Lib. II. contra Celsum fol. m. 68. in fine: *Quis item non mirabitur, ascendens contemplatione ad illud Vaticinium: prædicabitur Evangelium hoc in universo mundo, in testimonium ipsis & Gentibus; cùm videat juxta illam prædictionem jam prædicatum in omnibus, que sub cœlo sunt, terris Gracorum barbarorumque, tūm Sapientibus, tūm insipientibus? Omne enim humanam naturam vicit sermo prædicatus cum potentia, nec est videre ullum genus hominum, à quō hæc doctrina recepta non sit.* Et circa finem Libri fol. m. 110. *At ego nescio, an homo, ausus universum orbem ad sui cultum suamque doctrinam attrahere, potuisset sine Deo tantum successum habere, superareque omnia sua doctrinæ*

doctrine obstatula, etiam Reges Imperatoresque, Senatum ipsum Romanum, & omnes omnium populorum Principes. Quomodo enim homo nudus & nullius præstrioris nature particeps tantam ad se converteret multitudinem? Eusebius Orat. de Laudibus Constant. Cap. XVI. fol. m. 638. Interrogat etem ipsum, & quasi ab altero sciscitare rerum naturam perscrutans in hunc modum: Quis unquam ab ultima usque hominum memoriam Rex aut Princeps, Philosophus aut Legislator, Prophetæ deinde seu Grecus, seu barbarus tantum autoritatis & potentiae adeptus est, non dico post mortem sed vivus adhuc & spirans, & multiplicipollens virtute, ut omnium ubique hominum aures atque linguis nominis sui gloriæ compleret? Nemo certè præter unum Servatorem nostrum post victoriam de morte reportatam ifjud præstitit, cum & discipulis suis verbô præcepit, & re ipsâ deinceps confirmavit: euntes, inquit, docete omnes gentes in nomine meo. Cumque ipsi prædixisset & affirmasset fore omnino ut Evangelium suum per universum orbem prædicaretur in testimonium cunctis gentibus, verbis eventum continuo subjunxit. Statim certè non longò temporis spatiō interjecto, doctrina ejus totum orbem replevit. Hieronymus tom. II. Operum Epist. ad Evagrium fol m. 334. in med. & Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Chrysoftomus Orat. quod Christus sit Deus, tom. V. Oper. fol. m. 1192. Quæ igitur sunt, quæ & ille fecisse Christum confitetur, & non contradictr? Quod Christianorum genus plantavit Christus. Neutiquam enim contradicet, quod omnes undiqueaque Ecclesiæ orbis Christus fundarit. Hinc faciemus demonstrationem virtutis Christi, & ostendemus ipsum deum. Etenim non est puri hominis, in tantis rebus orbem terræ, marijs tam brevi tempore comprehendere, & tam absurdis moribus præventum, tantisque malis irretiu[m] liberare humanum genus, & non Romanos tantum, sed & Persas, & omne (ut sic dicam) Barbarorum genus. Insuper quod hoc conficit, nullis usus armis, nullos faciens sumptus nullos movents exercitus, nulla prælia committens, sed per undecim viros principio, ignobiles, viles, rudes, idiotas, pauperes, nudos, pervasit tot hominum tribubus, idq[ue] non presentibus solum sed futuris. — Neque in civitates solas, sed in solitudinem usque pervaserunt bæ[si] præclarafacina, & in pagos, & in regiones, & in insulas, & in portus, ac navium stationes. Nec privati & Principes tantum, sed & ipsi Reges, qui diadema ferunt, insigni fide crucifixo se submittunt. Non immerito proinde Plinius Lib. X. Epist. de Christianis ad Trajanum fol. m. 633. scripsit: Neque enim civitates.

vitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio
per vagari aet, que videtur siti & corrigi posse.

§. XXXI.

Quemadmodum autem Redemptor noster templum Domini spirituale Ecclesiam aedificavit: sic illud adhuc dum aedificat, & usq; ad finem mundi aedificabit. Architectus ultimam manum domui imponens, de ea imposterum non est sollicitus; Christus autem templi Domini a se exstructi curam ita in se suscepit, ut illud contra omnes insultus & machinationes Diaboli, haereticorum atque tyrannorum, ad consummationem seculi sit defensurus, Id vult Propheta, dicens: aedificabit templum Domini, ille, inquam, aedificabit templum Domini. Manifestum hoc est, ex aliis claris Script. S. locis, ut Dan. II. 44. suscitat DEus cali regnum, quod in eternum non dissipabitur. Ps. XLVI. 6. DEus in medio ejus, non commovebitur: adjuvabit eam DEus manu, diluculo. Et Ps. LXXII. 5. Timebunt te cum sole, & ante lunam, generatione generationum. Es. LIX. 21. Spiritus meus, qui super te, & verba mea, que posui in os tuum, non recedent ex ore tuo, & ex ore seminis tui, & ex ore seminis seminis tui, inquit Dominus, ex nunc & usq; in eternum. Angelus Gabriel ad Mariam, regnabit in domo Jacob in eternum, & regni ejus non erit finis. Luc. I. 33. Salvator noster ad Petrum: super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferorum non prevalebunt illi, Matth. XVI. 18. Et ad discipulos suos: rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in eternum, Joh. XIV. 16. Eadem Patrum de perpetua & non interrupta templi Domini a Christo erecti duratione mens est. Tertull. C. ult. Apol. contra Gentes: Plures efficiuntur, quoties metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum. Laetantius Lib. IV. Institut. Cap. XIV. quibus ex rebus apparet, Prophetas omnes denunciasse de Christo, fore aliquando, ut ex genere David corporaliter natus, constitueret eternum templum DEo, quod appellatur Ecclesia; & universas gentes ad religionem Dei veram convocaret. Hec est domus fidelis, hoc immor-

immortale templum, in quo si quis non sacrificaverit, immortalitatis premium non habebit. Cujus templi & magni, & eterni, quoniam Christus fabricator fuit, idem necesse est habeat in eō sacerdotium sempiternum. Eusebius Lib. I. de preparat. Evang. Cap. III. Ecclesiam nullis unquam viribus expugnandam, ac ne ab ipsa quidem morte superandam, sed penitus inconcussum illius robur mansurum esse, prenunciat Dominus. Athanasius in Orat. quod unus sit Christus, tomo I. Oper. post Verba Salvatoris nostri, super hanc petram &c. sequentia subjungit: Ecclesia invicta res est, etiamsi infernus ipse commoveatur, et si, qui in inferno sunt, mundi principes renebrarum tumultum faciant. Hilarius Lib. VI. de Trinitate: haec fides Ecclesie fundamentum est, per hanc fidem, infirmæ adversus eam sunt portæ inferorum. Chrysostomus tom. IV. in Ef. Cap. VI. audiant gentes, audiant Judæi benefacta nostra, auditant magnam Ecclesie præminentiam. Aquam multis oppugnata est Ecclesia, nec unquam tamen victa? Quot tyrauni? quot Duce? quot Imperatores? Augustus, Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnarunt recentem ac teneram, at non defecerunt. Quin potius it, qui oppugnarunt, silentur oblizioni traditi, illa vero oppugnata cœlum transcendit. Hieronymus in Comment. ad Cap. IX. Amos. ex quo intelligimus, Ecclesiam usque ad finem mundi concuti quidem persecutionibus, sed nequam posse subverti, tentari non superari. Augustinus Enarrat. in Ps. LVIII. fremit impetus regni gentium adversus testes Christi, effusus est magnus & malus Martyrum sanguis, quo effusò tanquam seminata seges Ecclesie fertilis pullulavit, & totum mundum, sicut nunc conspicimus, occupavit. Leo M. Serm. I. in Natal. Apost. Petri & Pauli: non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditioni vestitur, dum grana, qua singula cadunt, multiplicata nascentur.

§. XXXII.

Conclusiones, quas ex verbis hactenus explicatis eruimus, sunt sequentes:

Conclusio I. Christus aliunde Originem suam habet, quia Germen est. De germine autem notum, quod non sit à seipso, sed ab alio essentiam suam habeat. Id indicat proprietas ejus personalis, esse genitum.

Conclusio II. Christus distincta à Patre est persona, quia instar germinis ab eo est productus. Aliud enim est germen, quod oritur, & aliud est stirps, radix, aut semen, ex quibus germen, pullulat.

F

Con-



Conclusio III. Christus verus & essentialis est DEus, quia in star germinis essentiam suam à Patre natus est. **Quemadmodum** enim Germen ejusdem est substantia cum eo, cuius est germen: sic Christus ex substantia Patris genitus, eandem cum eo substantiam habet; qui idē unigenitus DEi Filius Joh. I. & 3 proprius DEi Filius, Rom. VIII. vocatur, quia solus ex essentia Patris est genitus.

Conclusio IV. Christus est verus homo, quia **אֵשׁ** Vir dicitur, & in star germinis ex utero Marie virginis prodit, germenque Davidis audit.

Conclusio V. Dux naturae in Christo divina & humana unam constituant personam, quia hoc germen est **צֶמַח יְהוָה** germen Dominus, vel germen Domini, nec non **רוֹד** germen Davidis, qui idē **וְ** Dominus Davidis, & Filius Davidis nominatur, Matth. XXII. **הָרָם** : **אֶרְךְ** **בִּכְホּמוֹ דָמָנָה דָמָנוֹ** : **הָרָם הַמְעָרָה יְהוָה אֶלְחִיבָּה** : **בִּכְהּוּמוֹ דָמָנָה אֶלְחִיבָּה**, vel summa dignitatis, Dominus DEus. 1. Paral. XVII. 17.

Conclusio VI. Credentes V. T. divinam & humanam Christi natum cognovere, quia hoc germen est germen Dominus, vel germen Domini, & germen Davidis simul, quod fidelibus V. T. ignotum non fuit.

Conclusio VII. Christus promissus mundi est Salvator, quia sub eō germinavit, & templum Domini ædificavit; quod de Messia Zacharias Propheta diu prædixerat.

Conclusio VIII. Christus causa meritoria omnis benedictionis spiritualis & coelestis existit, quia est germen benedictum, sub quo, vel **ex cūjus radicibus**, salus nostra germinavit.

Conclusio IX. Discrimen est inter Ecclesiam V. & N. T. illa angustis Palæstinae limitibus circumscripta erat; hæc omnes populos, gentes & lingvas complectitur, quia Christus ad templum Domini spirituale, quod ædificavit, omnes sine discrimine gentes vocavit & invitavit.

Conclusio X. Christus est caput Ecclesia, quia templum Domini spirituale quod Ecclesia est, ædificavit, ædificat, & ad finem mundi ædificabit.

Conclusio XI. DEus in promissionibus suis verax est, quia hic promittit, **sub illo germinabit, & templum Domini ædificabit**; id autem implementum, quando sub Christo germinavit, isque templum Domini ædificavit;

בריך רחמנא רסיען :


¶ () o : () ¶

Be. 3261.
8°



VDM

M





12 4

ישועה הנוצרי איש שם צמח :

DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE
VIRO CUJUS NOMEN EST GER MEN,
Ex Zach. VI. 12.
Quam
FAVENTE DIVINA GRATIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO atq; EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSIÆ ET ELECTORATUS BRANDENBURGICI HÆREDE, &c. &c. &c.
VENERANDÆ ET AMPLISSIMÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ
CONSENSU,
IN ACADEMIA ALBERTINA
publicæ Disquisitioni submittunt,
CHRISTIANUS Walther,
S. Theol. D. Prof. Secund. & Ecclesiæ Sackheim. Pastor,
& RESPONDENS
FRIDERICUS DÖTZI
Regiom. Pruss.
IN AUDITORIO MAJORI,
ad D. Sept. Anno MDCCXI.
REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.